

se fagan por aquellas palabras (a) que manda la Sancta Iglesia, (b) è los que casaren sean tales, que puedan casar sin pecado: (c) è todo casamiento se faga concejramente, (d) è no à furto: de guisa, que si fuere menester que se

pueda aprobar por muchos: è quien à furto ficieren casamiento, peche cient maravedís al Rey: è si los no hobiere, todo lo que hobiere sea del Rey, è por lo que fincáre sea el cuerpo à merced del Rey.

*nicus, extra de offic. ordi. lib. 6. qui idem tenet quòd Henr. in cap. fi. de Cler. non resi. & hæc cum correctione videntur.*

#### ADDITION.

Concuérda con esta Ley, la Ley 4. è 5. de la 4. Partida, tit. de los Casamientos. La Ley 1. tit. de los Matrimonios, de las Ordenanzas Reales, lib. 5.

(a) ESTABLECEMOS, PALABRAS. Sci licèt, de præsentis, secundum Episcopum hic, ut recipio te in meum virum, & ipse versa vice idem dicat mulieri: *ut c. si inter, extra eo. tit. vel æquipollentia verba: ut c. ex parte, eo. tit.* Idem etiam per illa verba: consentio in te sicut in meam uxorem: placet mihi te habere in uxorem: vel promitto tibi quòd te volo habere in uxorem: vel recipio te in meam uxorem: vel volo ab hac hora imposterum sis mea uxor, & ego vir tuus: *ut in dictis juribus, in c. 1. de sponsalibus, duo exemplificat plenius Spec. eod. tit. §. 1. ver. contrahitur & matrimonium, cum seq. & 4. part. tit. 1. l. 4. & fi. & not. in auct. de nuptijs, §. nuptias.*

(b) SANCTA IGLESIA. Quæ primatum obtinuit ab ipso Domino Salvatore nostro: *ut cap. quamvis, 21. dist. & c. Sacrosan. 22. dist. & est nobis mater Sacerdotalis dignitatis, & Ecclesiasticæ magistrationis: ut in c. memoriam, 19. dist. & cum Ecclesia est exemplum, & speculum nostrum, quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuo, & irrefragabiliter observandum est: ut cap. enim verò, 19. dist. cum c. sequenti, vide quòd circa Ecclesiam scripsi supra eod. foro, lib. 1. tit. 5. l. 6.*

(c) SIN PECADO. Non in gradibus divina vel canonica lege prohibitis, de quibus *in c. litteras, extra de resti. spol.*

*& in c. gaudemus, de divor. latè. verò 35. q. 1. 2. 3. & 4. per totum, ubi de gradibus consanguinitatis, & affinitatis prohibitis ad matrimonium contrahendum: & c. non debet, de consanguin. & affinitat. & si de facto quis contrahit, punitur poena: l. qui contr. C. de incestis nuptijs.*

(d) CONCEJERAMENTE. Ortum habet ab his quæ notantur *in c. cum inhibito, extra de clandest. & 4. part. tit. 3. l. fi.* Clam enim dicitur fieri quòd non fit in publico, cum fieri debet ut est matrimonium, & si aliquis sponsalia contraheret coram duobus testibus, dicitur fieri clam: *ut ff. de ritu nup. l. fi.* Clam enim dicitur fieri quicquid taliter fit, quòd non potest venire in notitiam eorum quorum interest: *ut l. clam possidere, in princ. ff. de acqui. pos. not. Bar. in l. sciant, C. de his qui mutu. pec. acci. lib. 10. sed clam hic dicitur fieri, quòd fit contra solemnitatem d. c. cum inhibito, & ejus forma omissa, puniuntur autem clandestinè contrahentes poena, de qua hic in foro sæculari, & etiam poena de qua *in d. c. cum inhibito, §. si quis.* Item, puniuntur interessentes poenis: *de quibus ibi in §. sanè.* Si tamen cum causa matrimonium fiat clandestinè, vel sine bannis, ut quia forte uterque contrahentium, vel forte ignobilis accipit nobilem, & timent parentes, diu manserunt sicut vir & uxor, & erubescunt modo publicè, cum tanta solemnitate contrahere. Idem cum quis uxorem vocat à remotis, & publicè mittit nuntios, in his casibus, & similibus cessat contemptus Ecclesiæ cum subest causa dicta omittente solemnitatem: *ut plenè notant Doct. signantèr Henr. in d. cap. cum inhibito, neque in tali casu est clandestinum matrimonium, quòd fit in præsentia testium: ut in c. nec illud, §. his ita respondetur, 30. q. ult. & c. fi.**